prim. Fut. O. שהי *Fut. A* Voluit. Amavit. Appetivit, cupivit, *cca. vel c* אן *Verbi, G.* Perseveravit, *Av.* I. 316. 33. II. Appetentiâ, cupidine, libidine affecit, *ccga.* Dixit; quod cupiveris, dabo. III. Similis fuit *illi, cca.* IV. Dedit quod cupivit, *ccap.* Petivit maligniore aspectu, *cca. G.* Oculis assecutus est *illud, cc* ב *oculorum.* Appetitum civit, movit, *Av.* I. 127. 25. V. *i.q.* 1, I. *cca.* Multa cupidine efflagitavit *ab eo rem, cc* אלי *p.* & *ar. G.* Successivè rem post aliam appetiit. Insatiabili cupiditate laboravit, Num. 11. 4. VIII. *i.q.* I. *cca. vel* אן *An.* Deut. 12. 15, 20. Jud. 1. 14. Psal. 44. 13: 50. 17. Gen. 23. 8. c. 24. 5. c. 38. 16. Maligni oculi aspectu petivit, *cca. sec.* Appetens, cupidus, & שהי f ־ה *v. sext.* Appetitus, desiderabilis, Psal. 105. 24: 118. 39 *R.* אבו אלשהי Barbiton. Anguria. (*) Concupiscibilis *facultas, Bd. tert. pro* שאיה Acutus *visu, ccg.* שוה *v.* שאהיה *quart.* Appetentia. Cupiditas, Ps. 9. 24, 41: 20. 2. Eccli. 13. 27. *Gol. A. Gr.* 50: *Av.* I. 436. *t. Cor. Sur.* 27. 73. *Pl.* Num. 11. 4. Deut. 12. 20. c. 33. 24. שושי שהואר poëta quidam. *quint. id Coll. Spirit.* 35. Desiderativa *facultas, Av.* I. 36. 17: 437. 12. 438. 22. *sext.* Melicerides, 123. 4. *v.* שהדיה *sept.* Cupidior, cupidissimus, Psal. 19. 11. *R. oct. i.q. sec.* & Appetitivus. Provocans appetitum, *Av* I. 437. 8: 438. 20. *non.* Quod appetis, Num. 11. 34. *Av.* I. 184. 43. *dec.* Vis ciens appetitum, *Av.* I. 238. 38. *und. Act.* VIII. Ambitio, *Gloss.*

Syr. ܫܘܚܪܐ *i.q. Ar.* שוטרג *Nov.* 134.

Æth. ሰሀከ: *v.* ሰሐከ: Asper, scaber fuit, *&c.*

שהל سهل 2 سهل 3 سهلة 4 سـ 5
8 اسهلال 7 مسهلة 6 سهلاء f. اسهل
سهلب ; *prim. Fut. A. Gg.* & IX. Ex nigro cæsius, *al.* cum ruffi mixtura (subglaucus fuit *oculus*; *quales sunt ovilli G.* Pulcher fuit *oculus, Av.* I. 344. 45. II. Malè fecit. Malè locutus fuit *alteri.* III. Mutuis convitiis, & imprecationibus insectatus est *eum*; criminibus culpavit. V. Periit floridus, nitens *faciei color, G.* Amandavit, *Coll. Spir.* 42. *sec. Act. G.* Cùm oculi glauco colori admiscetur tenuis nigredo, *Av.* I. 344. 44: 353. 47: 574. 43. Gen. 49. 12. *i.q. Hebr.* חכלילי *Bd.* Mendacium. *tert. Act.* Anus, provectæ ætatis (inter adultam, & senium) mulier, & intelligens. *quart.* Ex nigro cæsius, *s.* cum rufo color, *pec.* sine lineis, (*cum hisce enim* שכלה *dicitur*) *Av.* I. 340. 16: 344. 47. *ubi definitio ejus. i.q. Syr.* ומורותא *G. BB. quint.* Ex nigro cæsios habens *oculos*, Idolum quoddam. f. Talis *oculus.* Res tactu necessaria.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

laria. G. Necessitas. Indigentia. *sext. Act.* III. *sept. Act.* IX. *oct.* Procerus, procera statura.

שהם שֹׁהַם m. Beryllus. *Ita* 3 *Chal.* 3 *Syr.* 2 *Sam.* 2 *Ar. Æth. Perf.* & *LXX.* Exod. 28.20. c. 39. 11. *at ult. per quinque alias voces alibi vertunt*, c.25.7. c. 35.27. & c. *viderint* ὁ μανής. *Spec. autem est Ar.* מהא אלבלור. *Qui sc. coloris est dilutioris. Firmat hanc versionem ipse Spiritus S.* Apo. 21.20. *Beryllus nullum habet splendorem, nisi scindatur.*; *in eo optimus Josephi typus.* *Sam.* ... *id.ib.*Gen.2.12.

AR. سهام *Pl.* سهم 3 سهوم 2 سهام 4 سهم 5 ساهم *Pl.* سهم 7 سهمة 6 ... مسهوم 8 سهمة 9 سهامة 10 سهام 11 ... 12 ...; *prim Fut.O & A.* Terruit, *cca.* Increpuit equum, *cca.* 2, *med Dam.* Ingenio subtilis fuit. Acer, ardens animo. Celer, agilis, validus fuit equus, G. III *Vir* audax fuit. *sec. Act.* 1, I. *tert. Act.* 1, I. & *Pl.* Agilis, ingeniosus, audax, Pro. 12. 4. c 31.10. Validus cursu *equus*, & authoritate *dominus*, G. Inflammatus. Trepidatio. Sagittarius, *signum in cœlo. Dominus*, qui haud ritè rem administrat; qui jurat in judicio. *quart. Pl. prec. Gg. i.q.* סעלאה Lamia. Venefica. *quint.* Audax. *post.* Audacia. *sext.* Vetula, anus. *sept.* Erinaceus mas, *pec.* magnis spinis, *G.* Vilis. *oct. i.q sext.* שחמה *non.* Audacia, *Av.* I.65.38. *dec.* Terrore correptus. *et.* Acer animo, & ardens. *und. i.q.* שהאמה *duod.. i.q.* שחמה *Gg.*

שהן AR. شواهين *Pl.* شاهين 5 شاهدان 4 شهامج 3 شهير 2 سنا ... ; *prim.* Falconis generosum genus, *pec.* album, *v. Perf. G.* Cygnus. Porphyrio. *sec.* Nigella. *tert.* Ambrosia. *Ar.* אבלנגאסף *cujus duo genera, alterum* ברנגאסף *BB. quart.* Rex regum. Imperator. *quint. v.* שהא *sext.* Basilicum regium, *v. Perf.* Ocimum, *Diosc.* II.171. *Av.* I.291.37. & 370.37. 414.51: 498.16 40. II.32.21: 167.32: 154. 14. 170.4. *Syr.* ... Anethum, *BB.*

שהק SAM. ... Humerus, *Hebr.* שוק Exod. 29.22. ... Stagna, *Chal.* שׁיקיא c.7.19.c.8.5.

AR. شاهق 2 شهق 3 شهاق ... *Pl.* شهاق شهيق 4 سواهق 5 شهقة 6 شهوق 7 ... 8 شاهوق; *prim. Fut. A*, (& *7.*) & *med Kesr.* Intus demisit spiritum, & reciprocavit in pectore, *uti in fine ruditûs sui asinus, uti in fletu, & planctu sit: quin* Planxit, 2 Mac. 27. 27. *ita* & Spiritum postremum reciprocando duxit *moribundus*. 2, Malignitate nocuit *oculus; videntis*, *G.* illum oculus assecutus est, oculos *in illud* injecit, *cc* עלי 3, *med. Phat. Mons* excelsus, & difficili accessu fuit. Altus fuit *pulsus*, *Av.* II.43.29. 4, Mortuus fuit *sec.* Alienatio. *Av.* II.40.21. error maximus, *B. tert.* Altus, Isa. 2.15. c.5.7. *de monte, ædificio.* Arteria, *quod sursum effertur.* — דו שאהק Vehementer iratus, irâ se efferens. f. Prov.18.19. *Av.* I.169.41. *Pl.* Pro. 8.2, 26.c.17.16. *quart. Act.* 1, I. Exod. 2.23 *Var. Lect.* & *prius, ipsa* Vox ultima asinini ruditûs, & reciprocata *Opp.* זפיר *Principium ruditûs*, emissio vocis. *quint. Act.* 4, I. *i. q.* שהיק *f. Nom. vicis* Gen. 7.19. Exod. 2.24. *AS. sext. Act.* 3, I. Saltus. Manifestatio, *Av.* II.4.26, 29. *et* 43.33. *sept.* Celsitudo. *oct.* Ruditus asini, *pec.* extrema pars.

שהר CHAL. שהר Vigilavit, Esth. 6.1. *Hebr.* סהר *v.* שהרנים

SYR. ... 2 ... 3 ... 4 ... 5 ... 6 ... 7 ...; *prim. i.q. Chal.* Psal. 126 1. Mat. 26. 38, 40. Heb. 13.17. *Aph. i.q. Ar.* אסהר *sec.* Vigilia, excubiæ, 2 Cor. 6.5. c.11. 27. *tert. id. quart.* Vigil, excubitor, sedulus. Pædagogus. *Pl.* Curatores ministerii. *quint. Pl. tert. sext.* Cùm defervescit cœtus. *BB. sept.* Struthiocamelus, *Sclavon.* Sheruz.

AR. أسهر 3 *Pl.* سهور 2 سهر ... دو 7 سهرة 6 سهيرة 5 سهير 4 سهار 11 سهران 10 سهورة 9 سهرية 8 الساهرة مسهر 14 أساهير 13 الأسهران 12 أسهر 17 سهر 16 ... 15 مسهور (*) 20 ... سهرين 19 السهر 18 مساهرة 24 سهرة 23 سهرين 22 ... 21 سهرب 27 شهريار 26 سهرج 25 سهرور سهرج 29 سهرستاني 28 في سهاران ساهر ...; *prim. Fut. A.* Divulgavit *rem*, *cca.* Mat. 1. 19. Rom. 16. 19. *E.* 2, Evaginavit *gladium*, & supra hominum capita vibravit, *cca.* II *i.q.* 1, 2, I. *spec.* Celebravit *merita ejus*, *cc* ل *p. et car.* Per urbem duci jussit *sontem in exemplum, fere asino, s. camelo impositum.* III. In mensem pactus fuit. Singulis mensibus dedit, *ccap.* IV. Celebris fuit. Mensem intravit. Per mensem fuit, mensem exegit. Constitit, substitit *aliquo loco, cc* في *G. i.q.* 1, I. Isai 3.9. Psal. 58.9. Prov. 28.13. VII. *Pass.* 1, I. Ezech. 7.19. VIII. Clarus, celebris (infamis) fuit, Ez. 28.17. Celebravit, *cca.* *G. Pass.* 1, I. Patuit, Jer. 13.22. *sec. Act.* 1, 2, I. & *Pl.* Mensis, Psal. 80.3. Luc. 1.26. *Av.* I.574. 16. *Cor. Sur.* 9. 38. Doctus. Luna. Nova luna, *G.* propinqua incremento. Mundus. Res quædam, velut unguis præsegmen, *Gg.* אשהר מעלומאה quatuor menses, Sjivâl, Dulkâda, Dulhizzja, & Muharram. *tert. Act.* III. *quart.* Celebris, notus. Vulgatus, Locus commemoratus, *Gjarum.* 1. *quint. Mulier, s. asina*, ampla, latoque corpore. *sext.* Celebritas, *G.* Infamia. Cùm quid ob turpitudinem, *s.* fœditatem notum est. Evidentia rei. Spectaculum, Jer. 8.2. c.9. 22. c.16.4. Nah. 3.6. *sept.* Quidam ita appellatus. *oct.* Genus equi, *s.* dromi haud Arabis. *non.* Dies quædam celeberrima apud quosdam. *dec.* Quædam familia. *und.* Celebrior. Vulgatior. *duod.* Tympanum, & Vexillum. *dec. tert.* Narcissi albedo. *dec. quart.* Evaginatus, Jos 5.13. (*) Theatrum, *etiam cum* — מוצע Act. 19.28, 29. *E. dec. quint.* Celebris, vulgatus, notus, *G. i.q.* שהיר *Poc. H. Ar* 3. *cum Art.* Equus cujusdam celebris. f. *Av.* I. 592.16. *cum Art.* Equus alius. *Pl.* 603.31. *dec. sext. Act.* II. *dec. sept. Act.* III Merces, *s.* pretium menstruum. *dec. oct.* Urbs quædam. *dec. non.* Species dactyli, *ut Adject.* talis *dactylus*, *Av.* II. 124.13. *vig.* Senex. *cum* אלנחלה Fovea exigua ad imam palmæ partem. *vig. prim. i. q.* סהרנו *vig. sec. i. q.* שהבריה Vetula. *vig. tert.* Harpedone, rota glomeratoria. *vig. quart.* Locus in quo affatim nascitur rubus ille, Exod. 3. 2. *Av.* I.232.8. *vig. quint.* Placentarum genus, *BB. vig. sext.* Asphodelus, *Bd. vig. sept. id. Av.* I 83.54: 505.24: 581.14. Electuarium solutivum, *Gg. vig. oct. Nom. viri Poc. H. Arab.* 368. *vig. non.* Fumaria, *q.d.* Regina olerum, *Av.* I.256. 1.132.27: 578.26. II.166.16: 228.42: 232 30,

שוא שָׁוְא m. Vanitas *verborum*, & *rerum* (*Angl.* A shoto) falsitas, mendacium; *Affine* שׁאה Job 15.31. שׁוּ *i. q.* שׁוא *ib. secund Int. Or.* Deu. 5.20. Ex. 23.1. In vanum, frustra, temerè c 20.7. Psal 12.3. & 60.13. Jer. 2. 30. *Syr.* שוא *v.* שוה

ÆTH. ሰው: Homo, *Chal.* נשא *Pl* ሰብእ *Ambar.* ሸዋ: *Regnum in Æthiopia, Ambaræ conterminum, vulgò* Schowa, *Lusit* Xoa, *ejus provincia est* ... *IL. al.* Azania, *Ferar. Lex. Geogr.* 48.

AR. سياء 2 ساء 3 سواء 4 سيا ... 5 سياء ...; *prim. Fut. O*, & *7.* Mihi admirationem concitavit. שוה בדה *Sawto, illud* admiratus sum, *ob illud* gavisus sum. 2, Præcessit. *v.* שאה Voluit, *v.* שיא *sec. v.* שדה *tert. v.* שוו *quart.* Admiratione perculsum *corquin.* Longè obtutu prospiciens.

שוב שוב Rediit, reversus, aversus, conversus fuit, convertit, avertit se, recessit; *constr. absque*, & *c* מאחרי, אחרי, ל, אל, מן *quibus motus ad aliquem, vel ab aliquo significatur.* 1 Sam. 26.25. 2, Restituit, reduxit, redire fecit, Job 42. 10. Nah. 2.2. Quiescere fecit; Requievit; Inhabitavit. Num. 10.36. Psal. 23.6. Jer. 42.10. שׁבת *ex forma. Chal. pro* שׁבה Ezech. 46. 17. *Inf.* Gen. 8.7. שׁוב *ita* 3. *Sam. et reliqui Intt. Or. Soli LXX, Syr. et VL. negativè legunt.* c.18.26. Rebellare, Jer. 31.19. *v. R. Da. al.* Converti. *Imp.* Gen. 31.3. Exod. 4. 19. שׁב *Fut. v.* 18. ישיב *pro* ישׁוב Psal. 73.10. 1 Par. 7.1. Jer. 8.4. ישׁוב revertetur (*ad Deum*) *et non convertet* (*ad eum Deus*) *iram suam avertendo, eorumque pœnitentiam boni consulendo*; *ita Ar. Ox. R. Da. et R. Sa. Pih.* שׁובב *i.q.* 2, *Kal.* Jer. 50. 19. Isai 58.12. *Fut.* Psal. 23. 3. *v. et* שבב *Pyh.* מְשׁוֹבֶבֶת erepta, Ezech. 38.8. *v.* שבב *Hiph.* Redire fecit, reduxit, revocavit, reddidit, restituit, retulit, reportavit, rependit, convertit, avertit, Gen. 14. 16. 2 Sam. 16.8. Deut. 28.68. c.4 35. Respondit, Num. 2.8. *ccap. et r.* Jos. 14. 7. 1 Sam. 2. 11. הושבותים Zach. 10.6. *à* ישב *et* השיבותים habitare faciam *eos*, v 6. *c* ל *pro* Jer. 33.11. c.49.39. Joel 3.6. Psal. 54.7 Prov. 12.14. Job 39.12. *Hoph.* הושב Redditum est, Gen. 42.28. *Par.* 43.11. *Fut.* Exo 10 8. שׁיבה f. Reversio; Quies, Isai. 30.15. *vide* שבה

שׁוֹבָב m. Aversus, rebellis, Isai. 57. 17. *Pl.* שׁובבים Jer. 3.14. f. שׁוֹבֵבָה *quasi à* שׁובב c. 49.4. c.31.22.

מְשֻׁבָה f. id. Jer. 3.12. Aversio, rebellio, *semper in malum*, *A. Ezra.* Jer. 8.5. *Cn.* Pro. 1.32. *al.* Quies, otiosa prosperitas, *Af.* Hos. 11. 7. *Pl. Af.* מְשֻׁבֹתֵיהֶם Jer. 5.6.

תְּשׁוּבָה f. Reversio, responsio, 2 Sam. 11. 1. *Pl.* Job 21.34. שׂיב שׂב Canuit, וזקנה *est ad annos* 60 שׂב *ad* 70, (*P. Avos c.*5.21.) 1 Sa. 12.2. שׂב m. Canus, Job 15.10. שֵׂיב m. Canities, 1 Reg. 14 4. f. שֵׂיבָה Lev. 19.32. Gen. 15.15. *Af.* c.42.38.

CHAL. שוב *i.q. Hebr.* וה שב *Hoc* Refertur *ad id* שב להיות Evadet (erit) talis, *vel talis*, *DD.* Resipuit, שוב Resipisce *die uno ante mortem. Avos c.*2.10. תשובה Responsio, *Hal Ol.* 224 Conversio, pœnitentia, *ejus partes, conditiones, utilitas, necessitas, & c. v. Majm. Hal.* תשובה *Sanh.* 97.2. *et* 99.1. *Jom.* 86.1. *Avos c.*4.11, 12, 17. *Musar c.*2. *Voisin, Pu. F.* 143. 643. *P. Eliez.* 237. *F. Greg. I. c* 30. *Hacsp. Cab.* 375. *Gent. Rosar.* 611. *Bx. Syn. Jud. c.*25. בעל תְּשׁוּבָה Pœnitens, *et non exprobranda vita anteacta, Mezia* 58.2. שוב Ampliùs, præterea, porrò. השבון הַשְּׁבָה Redditio, restitutio, *ad eam adeo rigorosè obligantur Judæi, ut siquis rapuerit tignum, & ædificando illud in maximo etiam palatio adhibuerit, diruere tenetur palatium totum, ut restituat tignum domino. Taan.* 16.1. שבה *v.* שיבתא

SYR. ... 2 ... 3 ... 4 ... 5 ...; *prim.* Arsit, æstuavit, inflammavit, *sec.* Æstus, uredo, Gen. 31.40. Exod. 10. 13. c.14. 21. Deut. 28.22. Job 30.30. Isai. 25.4. *tert.* Fax. *quart.* Adurens. *quint.* Æstus frugibus *perniciosus.*

SAM. ... Habitatio, Deut. 32.32. *An. Sam. v.* ישב

AR. ساب 2 سوب 3 سياب 4 سايبة *Pl.*

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Pl. اسواب 7 سوبة 6 سابة 5 سوايب
8 مساوب 10 اسابيب Pl. اسابة 9 سواب
Pl. 11 مساوب 12 مسوب 11 دسوييب ; prim.

Fut. O, Miſcuit, cca. G. 2, Mutuò arcuit ab illo, expulit, cc עַן Paſſ. שיב Commiſtus fuit aquâ, cc ב II. i. q ר. præc. VII. Paſſ. I, I. Gg. VIII. id. X id. ſec. Act. 2, Jus carnium. Mel. Pars offæ. G. Aqua. Uredo, Prov. 10. 5. Deut. 28. 22 Va Lect. pertinet ad שאב v. Cor. Sur. 37. 38. Av. I. 185. 22; 209. 38. tert. i. q. I, præc. Quod cum alio miſcetur. quart. Res impura. quint. Mons quidam in Mecca, ſ. Nejidi. ſext. Fallacia, deceptio. ſept. Accuſ. Commiſcendo. oct. Sordibus fœdatus. Cùm quis coinquinatus eſt. Cùm ob improbitatem quis à cæteris ſegregatus eſt, nec cum illis commiſcetur. non. Miſcella turba. v. אשב dec. Operimentum matulæ ſ. vaſis vitrei. und. Permiſti, Av. I. 551. 2. duod. Act. II.

שוג SYR. [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible] 4 [illegible] 5 [illegible] 6 [illegible] 7 [illegible] 8 [illegible] 9 [illegible]; prim. Dignus factus eſt. Verb. anom. v. Chal. שוך ſec. Lavit, abluit, Gen. 43. 31. c. 24. 32. Joh. 9. 15, 7, 11. c. 13. 9, 12, 5. Ethpe. Paſſ. tert. Lotura. quart. Scruta, panni, pannicularia. quint i. q. סאה ad vultum refertur (pec. de Arab. אלנשרה dicitur.) ſext. Raſura inteſtinorum. ſept. Lotus. oct. Lota. 2, Pelvis, Joh. 13. 5. non. Lotus. Hebr. שוג v. סוג

שוד ישוד Vaſtavit, v. שדד Fut. Pſ. 91. 6. שֵׁד m. Dæmon, Pl. שֵׁדִים Dæmones, Deut. 32. 17. eos Morborum authores eſſe credunt, Gitt. c. 7. 1. Gl. Berac. 51. 2. Majm גרושין c. 2. 14. v. Arab רוח Hinc בעל השדים Lycanthropicus, v. Arab. קטרב contractè, ex voce Lycanthropia. שוּד Levit. obl. incruſtavit calce, Deut. 27. 4. שִׂיד m. Calx, ibid. Amoſ. 2. 1.

CHAL. שוּר Effudit, v. שדה. אשר Gen. 9. 6 Ithpe. אִתְּשִׁיד Paſſ. præc. Iſai. 26. 21. שֵׁד שֵׁידָא שֵׁיד i. q. Hebr. שידא אשמדון Dæmon Aſmedon, princeps eſt ſpirituum malorum. Breſ. r. ſ. 36. Advenientem Chriſtianum ita ſalutant Judæi Germani, Veni שד Welcome Devil, שֵׁידָה Dæmoniſſa, ſpiritus malignus formâ fœmininâ, Pl. שֵׁידִין שֵׁידָא Pſal. 91. 6. Iſai. 13. 21. c. 34. 14. Per 130 annos, Gen. 5. 3 quibus Adam fuit in anathemate, genuit ſpiritus, שידין & ſpectra nocturna: poſt illud tempus tantum dicitur genuiſſe in ſimilitudine ſua. Eruv 18. 2. v. R. Sa. Pſal. 89. 33. & 2 Sam. 7. 14. שיחת שדים Converſatio cum Geniis, ob quam celebris fuit Johanan, Baſra 134. 1. שורא Arbitrium, æſtimatio, ib. 62. 2. Shevu. 30. 2. Ketuv 85. 2. & 94. 1. שור Debilis.

SYR. [illegible] 2 [illegible] 3 [illegible]; prim. i. q. Chal. Act. 2. 17. poteſt autem referri ad אשר 2, Havit, aff— Par. Pſal 91. 6. שידא Phantaſias, ſ. phantaſmata (le phantaſme, Gall. A Gobeline. Angl. Vet.) excitans, formans, quibus homines à recta via abducuntur ad prava inſtituta, qui eos ferè adoritur meridie impetuoſius. B B. v. צהר ſec. v. Syr. שדא tert. Converſatio, propoſitum, inſtitutum pravum.

ÆTH. ውሐዝ: Ignitabulum; Focus, al Batillum, Exod. 28. 3. Pl. [illegible]: c. 27 3. J L.

A R. 4 سود 2 دسويد 3 سود 2
حير الاسادر 6 سواد 5 حسن السيدة
7 اسود 8 مسود Pl. مساود & مسواد
Pl دسويد دسود 9 مساويد ; prim.

rectius cum ר Solis ortus, elevatio. ſec. id. tert. Induit cidari, ccap. G. Velavit illum. 2, Sol occaſui, ſ. ortui propinquus fuit. V. & VII. Paſſ. vel Cidari ſuum induit caput. & V. i. q. 2, I. Gg. VIII. i. q. 1, V. quart. Cùm cidari ſpecie ſui egregiâ quis exhibet. quint Pl. שׂוּר ſext. Optimus mortalium, optimâ naturæ conditione. ſept. E filiis Sem. oct. i. q. עמאמה Cidaris, capitis faſcia, involucrum, vulgò Turbantum. & prius, Rex, princeps, dominus. non. i. q. pr. תשור

שוה שְׁוֵה Æquatus, adæ— coæ— æqualis fuit; Similis, par, conveniens, utilis, rectus, dignus fuit, profuit, convenit, æſtimatus eſt. Valuit, cc ב & ל Job 33. 27. Par. Eſth. 3. 8. c. 5. 13. Fut. Prov. 26. 4. c. 3. 15. Pih. Æquavit; 2, Poſuit, comp— diſp— prop— Iſai. 28. 25. c. 38. 13. Par. 2 Sam. 22. 34. Hoſ 10. 1. Pſal. 21. 6. Hiph. id. Thr. 2. 13. Iſai. 46. 5. Niph. cum Hithp. Prov. 27. 15 נִשְׁתָּוָה Æquator.

CHAL. שְׁוֵה i. q. Hebr. ib. Pah. i. q. 2, Pih. Pſal. 104. 3. & 18. 34. Iſai. 10. 6. Gen. 24. 2. c. 44. 2 Admiratus eſt cum ſtupore, obſtupuit, ut שאר, שהה Hab. 1. 5. Aph. Comparavit, æquiparavit, aſtimavit, aſſimilatus eſt, Job 30. 19 Iſai. 46. 5. Ithpe. Paſſ. præc. Pſal. 49. 13, 21. & 89. 7. Job 20. 4. Metuit, trepidavit, ut תוה Iſai. 66. 2, 5. שְׁוִי Æquum, æqui (exiguiſ vilis) pretii, עַן Job 34. 2. v. Chal. עשיק Æqualis, בשוה Ex æquo, æqualiter. שִׁוְיאוּ שִׁוְאוּת id. Æquitas, juſtum rei pretium, Eſth. 3. 8. T. 2. שיווי שווי id. Æquinoctium, שווי האביבי והחרפיי æquinoctium vernale, & autumnale. מַשְׁוֶה Æquator. אַשְׁוָיָה עגולה Circulus æquinoctialis. אַשְׁוָיָה Fuſus, Kel. c. 21. הַשְׁוָאָה Comparatio, adæquatio; Conciliatio. והשואה וי Sic dicitur Waw in apodoſi ſimilitudinis poſitum השואת דעות Conciliatio ſententiarum. שִׁוְיָא שְׁוִי Lectus, ſtratum, Pſal. 41. 4. Gen. 49. 4. 2 Sam. 4. 11. שְׁוָיָא id. Deut 3. 11. 1 Sam. 20. 25. Pl. שְׁוָיִן Am 2. 8. שווית id. Pſal. 4. 5. תְּשׁוִיתָא תְּשׁוִית Stratum ornatum, tapes. 2, Baſis, fundamentum, Ezech. 43. 13, 17. Pro 7. 16. c. 22. 27. תשויתא תְּשִׁיתָא Job 30. 22. Ex, eſſentia, ſapientia, בתשויתא Sapienter. quaſi à יש ut Hebr. תושיה quod alias in Targ. nunquam retinetur: fortè Juſtè; Mirabiliter vel pro תשויתא in fundamento (funditùs.) שְׁוִיתָא Cubatus propter morbum, vel Stupor. Deut. 28. 28.

SYR. [illegible] 2 [illegible] (a) [illegible]
(b) [illegible] (c) [illegible] (d) [illegible]
(e) [illegible] 3 [illegible] (a)
[illegible] Pl. [illegible] 4 [illegible] 5
[illegible] 6 [illegible] (a) [illegible] (b)
[illegible] (c) [illegible] (d) [illegible] (e) [illegible]
(f) [illegible] (g) [illegible] 7
[illegible] 8 [illegible] 9 [illegible] 10
[illegible] 11 [illegible] 12 [illegible] 13 [illegible] 14
[illegible] 15 [illegible] 16 [illegible]

prim. Dignus, par fuit, ſ. factus eſt, Luc. 20. 35. c. 7. 7. Fut c. 21. 36 Pah. Terſit, abſ— det— c. 7. 44, 38. Joh. 11. 2. c. 12. 3. 2, Stravit, Act. 9. 34. Par. Mar. 14. 15. Pl, c. 11. 8. 3, Æquavit, adæquavit complanavit, Aph. i. q. ult. Mar. 1. 3. Joh. 5. 18. Dignum, idoneum, æqualem, parem fecit, 2 Theſ. 1. 11. Matt. 20. 12. 2 Cor. 3 6. Col. 1. 12. Compoſuit, 1 Cor. 6. 5. Ethpe. Dignus, æqualis factus eſt; Conſpiravit, conſenſit, Iſai 7. 2. Matt. 18. 19. Act. 5. 9. Ethpa. Æquatus eſt, æqualis factus eſt. ſec. Æqualis, par, 1 Cor. 11. 5. c. 15. 39. Mar. 14. 59, 56. שְׁוָיָא Dualitas in unitate, Novar. 337. (a) Conſubſtantialis. (b) Homogeneus, congenitus, conſanguineus. (c) Æquilibrium. (d) Unanimis. (e) Tranquillitas animi. tert. Dignus, —um, 1 Cor. 16. 4. Luc. 7. 4, 6. c. 10. 7. (a) Verbum opportunum, opportunitas ſermonis. quart. Funiculus menſoris, Ezech. 40. 3. Am. 7. 17. Mic. 2. 4. Zac. 2. 1. quint. Æqualitas, c. 4. 7. 3 Mac. 3. 15 Rom 15. 5. æquabilitas, 2 Cor. 8. 14. Col. 4. 1. ſext. (a) Conſubſtantialitas. (b) Communio idiomatis. (c) Æqualitas concupiſcentiæ. (d) Concurſus, æqualitas curſus. (e) Sympathia, conſenſus. (f) Communio nominis. (g) Æquinoctium. ſept. Dignitas. oct. Digna. non. Æqualiter pariter. dec. Lignum, 2 Sam. 21. 19. c. 23. 7. שויא דנרגא Manubrium ſecuris. und. Calor. duod. id. 2, Planities, 3, Æqualitas. dec. tert. Color naturalis, pulchritudo. Effigies. dec. quart. Æquatio. dec. quint. i. q. 2, duod. 2, Pavimentum. 3, Lectus, ſtratum, Gen. 49. 9. 1 Par. 5. 1. Pſal. 131. 3 Eccli. 23. 23. 2 Sam. 17. 28. dec ſext. Girgillus, quo fila revolvuntur.

SAM. שוה i q. 2, Pih Hebr. Gen 1. 18. c 2. 8. c 3. 15. [illegible] videtur pro [illegible] Compoſuiſtis vos, Deut. 1. 41. An. Sam. [illegible] Nunc נא Ch. & Perſ. ita vertunt, aliquoties Ar. Erp. & VL. ſæpius, Quæſo, obſecro, Gen. 13. 9. c. 19. 7, 18. c. 22. 2. c. 25 30. c. 33. 11, 14. [illegible] Commodè adaptatus, Deut. 33 23.

A R. 5 سواء 4 سوى 3 سوى 2 ساو
(†) شاه (*) شاهبة 6 شاه Pl. شاء
(سوي سية) اساوه يا سواه سيان سوي
7 اسوه 10 ساه 9 سويهة 8 ساهي
f دسوية 13 مسوه 12 مساهة 11 سوهاء

prim. Fut. O, Deformis fuit vultus. 2, med. Keſr. Maligno oculo fuit, & citò petivit eo. Invidit. Terruit, cca. G. 3, שאה Extulit corpus ſuum ad illud. Ad illud ſe erexit, extulit. II. Deformem effecit, cca. Maligniore oculo, uti invidus ſpectavit aliquem, petivitque, G. cc עלי V. i. q. תנכר Cognoſci non potuit, adeo mutatus fuit. cc ל p. (Ignotum ſe præbuit illi) Venatus fuit bovem ſylveſtrem. cca. v. ſext. שאה i. q. 1, I. cc מן Job 16. 16. Av. II. 8. 32; 73. 34. ſec. Act. 2, I. G. Deformitas, pec. vultus. tert. Act. 1, I. quart. Act. 1, I. quint. Longinquitas, cùm quid longè remotum eſt. (†) Acuto obtutu, Rex, v. Lex. Perſ. (*) Titulo tali inſignitus, Poc. Hiſt. Dyn. 80. ſext. c. g. pro שאהה Ovis, pec. fœmina, Gen. 31. 38. AS. c. 30. 32. Iſai. 7. 21. (Capra, cerva) Bos ſylveſter. Mulier. Parvæ quædam ſtellæ. cum Art. Coll. ſ. Genus ovium. ſept. Poſſidens oves. Ovinus. oct. Dim. Ovicula. non. Acutus viſu, ccg. dec. Deformis. Malignus oculo, eoque nocens (Obtutu rem adipiſcens) & minus uſitatè f. Patulo oris latere prædita equa (mulier vultu tetrico) & contr. Pulchra (Improbitas, Infelicitas.) und. Oves alens, iis abundans terra. duod. Deformi vultu. dec. tert. Act. II.

שוז A R. 4 اسور 3 سور 2 سير
دمسور 7 مسور ; prim. Impatienter amavit, deperivit. cca. G. cum ב Gg. ſec. Act. tert. Superbus. quart. i. q. קלק Kalikon. quaſi Æſtuatio, conturbatio, Gg.

שוח שׁוּחַ Inclinatus, incurvatus, depreſſus, dejectus eſt, propendit, Prov. 2. 18. שׁוּחָה al. à שחח, שחה Humiliavit ſe, humiliata eſt ad mortem domus ejus, R. Abraham, Levi, favent LXX. Pſal. 44. 26. שׁוּחָה f. Foſſa, fovea, Jer. 18. 20. c. 2. 6. Prov. 22. 14. שִׁיחָה f. id. Pſal. 57. 7. Pl. שיחות & 119. 85. שׂוּחַ Locutus eſt ore, animo oravit, meditatus eſt, Gen. 24. 63. לשוח ad Orandum, ſic Hebr. & Intt. Or. Ar. Erp. al. ad Philoſophandum, al. Virgultandum, loquendum cum agricolis, Pih. Q. אשוחה Meditabor, Pſal. 143. 5. Iſai. 53. 8. Hiph הֵשִׂיחַ i. q. Kal. deficit ה, Job 12. 8. Jud. 5. 10. Pſal 105. 2. Fut. Pſ. 55. 18. Ter ſaltem quotidie Orant Judæi, Chriſtiani Orient. Mahumedani, vide R. Da & Lyram hîc, & Dan. 6. 10. Cor. Sur. 17. Off. Maronit.

שִׂיחַ m. Meditatio, colloquium, negotium, querimonia querela, 1 Reg 18. 27. Aff. Pſal. 102. 1. & 142. 3. Job 10. 1. v. שח שׂח m. id. Am. 4. 13. שִׂיחָה f. id. Pſal. 119. 99. Aff. v. 97. שִׂיחִים שִׂיחַ m. Stirps, frutex, Gen. 2. 5. Pl. Job 30. 4, 7.

CHAL.

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

CHAL. שׁוּחַ i.q. Hebr. Psal. 38. 7. & 35. 14. Job 9. 13. c. 39. 2. Psal. 10. 10. ¶ שׁוּחַ Ortus, exo—est, germinavit, pullulavit, effloruit, ut צמח Prov. 27. 25. שׁיח, שִׁיחַ Liquefactus, v. Syr. Ex. 16. 21. TH. Jon. שׁוּחָא שׁוּחְתָּא שׁוּחָא שׁוּחַ rectius autem שׁוּחְתָּא שׁוּחָא Fovea, & Hebr. pec. longa, & angusta, quæ Rotunda בור dicitur, Quadrata & tecta tabulato, cui inest orificium, מערה Quadratæ, & latæ, & undequaque apertæ, חריצין Angustæ infra, & latæ supra נעיצין R. Sa. Kama 50. 2. Psal. 7. 16. & 94. 13. Job 33. 30, 18, 22, 24. שׁחוּתָא psal. 16. 10. Rete, Rab. Pl. שׁוּחִין Psal. 119. 85. שִׁיחָא שִׁיחַ i. q. 1, præc. Psal 35. 7. & 57. 7. Pl. שׁיחִין Zach. 14. 10. שׁוּחָא Vastatio, desolatio, שׁאה Job 30. 3. בנות שוח Ficus albæ, quæ tribus quibusque annis proveniunt ad maturitatem aliquam in sylvis. Demai c. 1. 1. עץ 14. 1. שיח שוח Depressus, dejectus, demissus, Job 22. 29. ¶ שׁוּחַ i. q. Hebr. Job 7. 11. Num. 21. 28. Jon. שִׁיחָא שׁוּחָא i.q. Hebr. Prov. 23. 29. De Johanne filio Zacchæi dicitur, quod nunquam protulit שיחת חולין verbum prophanum. שיחת דקלים Sermo palmarum. Aruc in סח Die tranquillo, quo nullus planè venti flatus animadvertitur, solent iis in locis, ubi hac in re sunt exercitati, inter palmas linteum expandere, quod si commoveatur, stant inter duas palmas vicinas, & aspiciunt quomodo rami illarum agitentur erga se invicem: In hac re, certa habent signa ex quibus periti multas res possunt cognoscere. Dicitur de Mar. Abr. Gaon, qui vixit Anno 1140. Æræ Contractuum, quod cognoverit, שיחת דקלים

SYR. ܫܳܚ 2 ܫܚܳܐ 3 ܫܘܽܚܳܐ 4 ܫܘܺܚܳܐ 5 ܫܘܳܚܳܐ 6 ܫܘܳܚܘܬܳܐ 7 ܫܘܺܚܳܐ 8 ܡܫܘܚܢܘܬܳܐ 9 ܡܫܰܘܚܳܐ ; prim. Liquefactus est, שחא שחח Sap. 16. 27. 2 Pet. 3. 12. Aph. אשׁיח Ausus, proclivis fuit, Phil. 1. 14. 2 Cor. 10. 2. Par. 1 Thes. 4. 6. Contempsit, אֵשְׁחַ Pullulavit, germinavit. sec. i. q. Chal. Psal. 28. 7. & 92. 8, 13. Isai. 45. 8. Matt. 13. 5. Prov. 12. 12. Aph. id. 2 Sam. 23. 4. Psal. 72. 16. tert. Virgultum, Sev. l. Rit. 81. quart. Ortus, subst. germinatio, pullulatio, germen. quint. Insipidus, insulsus, BB. sext. i. q. quart. Schindl. Sept. Artemisia nondum florens. oct. Audens, i. q. Syr. מטיב סיא non. i. q. quart.

SAM. ࠔࠅࠇ Planities, Gen. 13. 10, 12.

AR. ساخ 2 سوخ ; prim. i. q. Hebr. אנכר Negavit, Reprobavit, תשוה Act. V. Oculis tuis ingratum fuit. sec. Cùm ægrotus tumorem, s. ulcus contrahit.

שׁוּט שׁוט Itavit, circuivit, discurrit, cursitavit, Exploravit, investigavit, Num. 11. 8. Inf. Job 1. 7. Imp. 2 Sam. 24. 2. Fut. v. 8. Pih. id. מְשׁוֹטְטִים Zach. 4. 10. 2 Par. 16. 9. Imp. Jer. 5. 1. Hithp. id. Imp. הִתְשׁוֹטַטְנָה c. 49. 3. al. Exempl. cum ש & ס pro ט, unde ἐπλανήθησαν v. Nobil. N. al Oberrate, v. M. Kimhi Gram. 138. שׁוֹט m. Flagellum, scutica, Isai. 28. 18. Prov. 26. 3. Job 5. 21. Pl. שׁוֹטִים 1 Reg. 12. 11. שׁוֹטֵט m. id. Jos. 23. 13. שַׁיִט m. Remex, Pl. שָׁטִים Ezech. 27. 8, 26. al. i. q. שאט שׁוֹט m. Remus, Isai. 33. 21. מָשׁוֹט m. id. Ezech. 27. 29 מְשׁוֹטִים Remi, v. 6. שׂוּט Declinavit, divertit, סטה שטה Par. Psal. 40. 5.

CHAL. שׁוּט Spaciari, vagari, div— peragrare, deambulare, Num. 11. 8. Job 1. 7. c. 2. 2. 2, Natare, Thr. 3. 54. Isai. 55. 11. 3, Contemnere, Gen. 25. 34. Prov. 14. 2. c. 1. 7. Levit, ill— Aruc i.q. שט & pro eo, Beza 34. 1. Mezia 91. 1. Pah. משוטט i.q. 1, 3. Kal. Gen. 22. 10. TH. 2 Sam. 12. 10. Prov. 15. 20. Ithpe. i. q. 3, Kal. 1 Sam. 2. 30. שׁוֹטָא Baculus, Num. 22. 27. Jon. שׁוֹטִיתָא id. Jud. 6. 21, 1 Sam. 14. 27. Ramus myrti, cum quo olim saltabant ante sponsam, Schab 77. 2. Kiddush. 12. 2. שׁוֹטִיתָא שטותא Ramus ille stultitia est (cum eo saltans, stultus videtur) Ketuv. 17. 1. שׁוֹטָא, שְׁוָטָא Scutica, Prov. 26. 3. Moed ka. 28. 1. שׁוּטָא Deambulatio, Kiddush. 70. 2. שַׁיָּט Natator, הבית של שייטין Vas natatorum (cavum & clausum, ne possit Submergi, ut sunt Vesicæ inflatæ, quibus discunt natare. Kel. c. 2. Scirpea ratis, Plauto. שַׁיָּט Remex, Ezech. 27. 8. מָשׁוֹט Remus, v. 29. Pl. משוטין Isai. 43. 14. שׁוֹטִין Asparagi agrestes, Scheviith c. 9. 1. al. Fœniculum. שט, שיט Spretus, Psal. 15. 4. 1 Reg 16. 31. שׁוּטָה Series, אין הלכה משׁוּטָה Non est constitutio secundum seriem consentientium, Hal. Ol. 213.

SYR. ܫܳܛ 2 ܫܝܳܛܳܐ 3 ܫܘܳܛܳܐ 4 ܫܘܳܛܘܬܳܐ 5 ܫܝܛܳܐ 6 ܫܝܛܘܬܳܐ 7 ܫܝܛܳܐܝܬ 8 ܡܫܰܘܛܳܢܳܐ ; prim. Contempsit, sprevit, Num. 15. 31. 1 Sam. 10. 27. 2 Sam. 12. 9. Job 23. 12. Par. Rom. 2. 22. c. 14. 10. Fut. v. 3. Aph. id. Ethpe. Pass. præc. Act. 19. 27. sec. i. q. Hebr. שוט ib. tert. Extensio manuum, Isai. 25. 11. c. 28. 15. quart. Contemptor, 1 Sam. 2. 30. quint. Contemptus, vilis, insipiens, c. 15. 9. 2 Cor. 10. 10. Crassior materia in oculo, & palpebris, erodens ciliorum crepidines. sext. Contemptibilitas, insipientia. sept. Contemptio. oct. Ramus myrti.

ÆTH. ሰወጠ: Fundere, eff— inf— שור Psal. 88. 45. & 74. 8. & 143. 15. Act. 2. 17. cc ሰወጠ: ወጠ: Infodit, sepelivit, Jan. 21. V. ተሰወጠ: Pass. præc. Psal. 136. 10. Cant. 1. 2. De anima, quæ quasi cum tremore effunditur, Miss. 168. 4. Rediit, v. ተሠወጠ: ስዉጥ: Infusus. 2, Cumulus effusus, Cant. 7. 2. ሰዉጥ: Scutica, Pl. አሰዋጥ: Nov. 16.

AR. ساط 2 سوط Pl. أسواط سياط 3 سوط 4 سَوِيط 5 مسوط 6 سياط 7 مسوط 8 سوَاط ; prim. i. q. Hebr. de equo. Torrefecit, v. שאט II. Diu duravit (longinquum fuit) iter. Effecit ut bulliret olla; ad molitiem coxit carnes. Ussit pruina herbam, cca. In flamma detinuit rem, ut urerentur pili, cca. V. Ad lassitudinem egit, propulit equum. cca. sec. Curriculum, cursus unus ad finem suum perductus; talisque obitus, & circumcursus. Vicis una. (Paries quidam in Medina apud quendam montem. Locus inter duas terras prominentes, in qua aqua, & viri intercipiuntur) שוט (a) בראח (b) באטל (a) Berabin, i.q. אבן אוי Hylactor. (b) Lux, quæ in foramine muri circumverti videtur, G. Splendor Solis per rimam, domum penetrans. tert. Torrefactio. quart. Act. II. quint. Ustulatus. cc Jud. 15. 14. sext. i. q. חסאבוא Infamârunt invicem, conviciati fuerunt. sept. Flamma fumi expers. Fumus ignis, ejusque, & Solis fervor (æstus. Libidinis æstus, vesania) i. q. משאחמה (Cùm alter alterum mutuis conviciis appetiit) Unguis, & oculus avis. Otis avis. oct. Tostum, torrefactum.

שׁוי ÆTH. ሰወየ: Maturescere de frugibus, Iac. 5. 7. Spicas emisit, convenit c Syr. משויא IV. አሰወየ: Crescere fecit, Aug. 7. ሰዊት: Spica frumenti, Gen. 41. 6. Matt. 12. 1. ሠዊት

AR. شوى 2 شي 3 شي 4 شوي 5 شية وي) شوا (شية 6 شوي 7 شوي - ي 8 ~ شواء (*) 9 شواء 10 شاوي 11 شواء Pl. شويا 12 شاوية 13 شواية (ش) 14 أشواء 15 أشوية 16 أشوية 17 مشوي 18 مشوي 19 ة 20 مشوي ; prim. Fut. O, & A, Gg. Assavit carnem, cca. Gen. 11. 3. AS. Av. I. 143. 43: 222. 17. Calefecit aquam, cca. II. Assavit. Assatum dedit. ccap. IV id. Tostâ cibavit carne, ccap. Apparavit ad assandum, cca. Non læsit, vel occidit loco, quo quis lædi, vel occidi possei. ccap. Residuum reliquit. Residuum mansit, G. Extremas illius partes, ut pedes, & manus contigit; illius partes extremas assecutus est, nec illum interemit. Pecudes viliores sibi comparavit. Ramus flavum colorem contraxit ob ariditatem. VII potius quam VIII. Pass. I. et. VIII. Assatum, s. assandam carnem (ferinam) apparavit. sec. Act. tert. נאו באלעואלשי שי Vilia adduxit. שי שוי Res modica, vox vulgi. quart. Res facilis, obvia; Vilior, pec. vilioris generis pecora. Hominis manus, pedes, caput. 4, pedes equi. Sing. & Pl. it. Pl. dec. שואה quint. Pl. שאה v. in שוה sext. Dim. quart. s. præc. שוי Sawijjon, quibusdam, at minus rectè Dimin. שי sept. Res tosta, pec. caro, Exod. 12. 8. (*) Unit. Pars ejusmodi carnis. oct. Assator. non. Ovillus. Dives ovium, s. possessor. v. in שוה dec. Cutis capitis, Pl. quart. שוא und. Residua pars perditorum hominum, pecudum v. G. שויה שויה Modicè, pedetentim. duod. i. q. 1, præc. et Exigua de multitudine portio, pec. Pars gregis, G. & prius, Ramus aridus. & ult. Crusta, orbiculus panis. dec. tert. v. in שיא dec. quart. Cùm rei reliquias superesse curas. dec. quint. Assata, Av. I. 586. 1. dec. sext. Assatus, tostus, I. 143. 41. Isai. 44. 16, 19. Exod 12. 9. dec. sept. Quem lapis errare fecit, dec. oct. Veru, s. aliud ad assandum, Gg. dec. non. Act. IV. vig. Act. II.

שׂוּךְ שׂוך Sepivit, obs— vepribus; Affine סכך, סכה Job 1. 10. Par. Hos. 2. 6. Pih. חשככני v. סכך שׂוֹךְ m. Sepes, Aff. סכו Thr. 2. 6. מְשׂוּכָה id. Sepimentum, Mic. 7. 4. Cn. Prov. 15. 19. Aff. מסוכה Isai 5. 5. שׂוֹכָה f. Ramus, Cn. Jud. 9. 48. Aff. v. 49. שִׂכִּים Vepres, spinæ, Num. 33. 55. cum Dages loco vocalis longæ. שיכים שכות Job 40. 26. Hamus. Missilia, Boch. d. An. Sacr. II. 773.

CHAL. שַׁיִךְ שׁיך Conveniens, decens, pertinens, Cessans. לא שייך לכאן Non huc pertinet שייכות Convenientia, decentia. שׁוּכָא Muscus, lanugo arborum, Schab. c. 21. Gem. שׁוּךְ סוכה שוכה Ramus arboris, סוכה al. Folium. 2, Foramen doliis שׁוּכְתָא שייכא עץ 69. 2. Pus, humor saniosus vulneris. Schab. 65. 1.

SAM. ࠔࠅࠊࠉࠌ Spinæ, Gen. 3. 18.

ÆTH. ስዋከን: Suaquen, Insula Maris rubri, nunc à Turcis possessa.

AR. شاك 2 شوك 3 ~ 4 أشواك 5 شوكة 6 شاكة 7 شائك 8 ~ 9 f شوكة مشيكة مشوكة مشوك 10 شيكة 11 شويكي f 12 ~ 13 تشويك 14 الشويكة ; prim. Fut. O. Punxit, vulneravit spinâ, cca. Transfixit spinâ rem. cca. Pass. ita affectus fuit. 2, Dentes à latere, ceu spinam produxit cameli maxilla (i. q. 1, IV. Spinas cum alia re miscuit. Immisit telum, cc ש v. Contigit ei spina. Morbo, & ulcere שׁוֹכָה v. tert. laboravit. Apparuit acrimonia viri.) 3, med. Kesr. Incidit in spinas. Per spinas incessit. 4, Fortitudinem, roburque, acrem in bello virtutem ostendit. 5, Elata in acumen, acuminato capite fuit mamma puellæ. 6, Spinosa fuit planta. 7, Panopliâ indutus fuit. II. i. q. 2, I. & Acuminatos dentes camelus, & capita plumarum pullus produxit. Albescere cœpit seges antequam se diffunderet. Hirsuto (molli) mystace fuit juvenis. Capillos emisit caput post rasuram. Spinis munivit, obsepivit murum, hortum, cca. Consuit, cca. G. Album fuit semen antequam dilataretur. IV. Spinosa fuit arbor, terra (apparuit spina) Spinis abundavit, spinas produxit palma, G. i. q. 1, I. לא אשאכה Haud illud adeptus est. V. Spinosus, spinis

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

nis obsitus fuit. *G.* Vertex plumarum emersit *pullo avis.* *sec. Act. signif. quavis. Coll.* Spina, Carduus, Gen. 3. 18. Apoc. 9. 10. Psal. 57. 9. *Av.* II. 88. 1, 9. קנטרה אלשוך Locus quidam. *Gg.* *tert. Nom. Unit.* Spina una, spina dorsi, *Av.* II. 101. 1. Aculeus, *pec.* scorpionis, 1 Cor. 15. 55. Spinosa *arbor.* Fortitudo, vehementia animi, roborisque in pugna. Arma, eorum acumen. Instrumentum textoris, quod tamen & subtegmen æquale servat. *G.* Telum. Missile. Dignitas, authoritas *regis.* *cum* אלביצא— Spina alba, *Av.* I. 261. *t. cum* עצפור אליהודיה— Judaica, *ibid. v.* 329. 4. אלשך Avis spinæ, *Av.* I. 536. 23. *Pl. san.* Apoc. 9. 10. *quart. Pl. sec.* שוך *quint.* Mucronatus, 2 Reg. 11. 8. cuspidatus, Jud. 18. 11. *sext. Act.* 3, I. Valde spinosa *arbor,* spinas alens *terra.* *sept.* Spinosus, *Av.* I. 135. 21. Indutus *arma, pec. toto corpore, ccg. vel* Acutis præditus *armis, v. in* שכי *oct. id.* & *f. prac. Av.* I. 127. 41. *non. Act.* 3, I. *Gg. dec.* Rudis, asperior novitate *vestis. G. cum Artic.* Quidam ita appellati. *und.* Dentes è latere producens *camelus. v.* 2, I. *duod. Act.* II. *dec. tert.* Genus quoddam cameli. *dec. quart. i. q. oct. Av.* I. 217. 9.

שול שול m. Fimbria, *Pl. Cn.* שולי Exod. 28. 34. *Aff. v.* 33.

CHAL. שול Fundum, imum *rei*, *Kel. c.* 30. 1. Isai. 6. 9. *Schab.* 30. 1. *Pl.* שולים Verenda. שוליא, שוליא Discipulus, scholaris, *quasi à* שואל *quia Discipuli est, Interrogare. Pesach.* 108. 1. *Kama* 32. 2. שולנאי *Epitheton Cosbi, quam cum Zimri scortantem Phineas trucidavit. Sanh.* 82. 2. *Midianitis,* Scortum maximum, & infame *sic dicitur.*

SYR. ܫܘܠ 2 ܫܝܠ ; *prim.* Fortis, *B B. v. Syr.* שאל *Infernus sic dicitur,* Cant. 8. 6. *fortis.* *sec. v.* שלא

ÆTH. መሶሶት: *i. q.* መሶሶድ: Ignitabula, *f.* batilla, *Abba Gregor. Ego autem puto esse, i. q.* መሶሶት: *IL* ሶሠል: *Sept.* 24. ፍሬ: ሶሠል: Fructus *sic dictus, scilicet Saul.*

A R. شال 2 سول 3 و Pl. أسوال

4 سائل Pl. سول (سيل سيل سوال)

5 سائلة Pl. شول أسوال سوائل 6 شوال

7 شوال Pl. لات- سوائل 8 سولة 9

(*) سويلاء سولة 11 سولان 10 -و- دو

شاول 12 سوائل 13 ساولة 14 سويل

15 اشالة 16 مسول 17 مشيل 18 -ة-

19 مشايلة 20 تسويل 21 تشييل ;

prim. Fut. O, (minus rectè, I) Elevavit, sustulit *hydriam, caudam suam, cc* ب *vel ca.* Sublata fuit *cauda, &c.* Surrexit, *pec.* Surgentem lancem alterutram habuit *libra. G.* Levis fuit. Iratus est, mox ira deferbuit. Viles visæ sunt *illorum* stationes. Varius fuit *illorum* sermo. Enervatum fuit *illorum* robur. *Fut. I,* Traxit, *G Nub* 18. 5. & שול *SaWala, Cameli* uterus dorso adhærere videtur. & *i. q.* II. *Pass.* שיל Act. 10. 9. *Av.* I. 582 32: 598. 42. II. 116 30: 101. 24. Lacte vacua, eoque corrugata ubera habuit *camela.* Diminutum fuit *lac.* Defecit *aqua* in utre. Laxus pependit *penis.* III. Elevavit, *cca.* 2, Hastâ adortus fuit. 3, Impetivit *alter alterum, ccap.* Se supinum projecit, *Av.* I. 81. 28. IV. Sustulit, 2 Reg. 2. 13. c. 29. 26. Gen. 44. 13. Exod. 14. 10. VI. *i. q.* 2, 3, III. *cc* ב VII. *Pass.* I *G* VIII. Adversatus est, calumniis *illum,* & conviciis insectatus est. X. *Bd. ex Cor. Sur.* *sec.* Agilis, promptus *in opere, famulitio.* *v.* שלשל *tert. Act.* 2, *Pl.* Parva aquæ portio in fundo utris reliqua. 3, *Coll. (al. Sing. & Pl) Camela* collapsis, corrugatisque uberibus præ lactis inopia. Camelæ septimestres, *vel* octimestres

à partu. *quart.* Præ congressûs cupidine caudam jactans *camela* lactis expers. *quint. Sing. tert.* 2, *signif. Av.* I. 572. 47. *sext.* Lapis qui extollitur. & *Gg. i. q. sept.* Mensis decimus, (primus *Gg.*) Arabum. *oct.* Cauda scorpionis, *f.* sublata ejus pars. Duæ stellæ, iisque notata mansio Lunæ XIX. *G.* Equus cujusdam. *non.* Scorpio caudam attollens. Garrula (stolida, vecors.) *dec. Act.* 1, I. *und.* Loca quædam. *fo.* Sivilia, *f.* Hispalis. & *post.* Herba quædam medicinalis. (*) *id.* *duod* Saul, *Nom. viri.* *dec. tert.* Res suâ absolutione constans. *dec. quart.* Quidam ita appellatus. *dec. quint.* Elevatio, *Opp.* חפץ *Av.* I. 24. 8. *dec. sext.* Falx parva. *dec. sept.* Trahens, tractus. Elevans, elevatus. *dec. oct. id. Av.* I. 18. 30. II. 139. 8. *dec. non.* Manus manibus contrahere, *genus* exercitii, *Av.* II. 99. 26. *vig. Act.* II. Virilium imbecillitas tempore congressûs. *vig. prim.* Ascentio ad superiora, *Av.* I. 24. 11.

שום שום m. Allium. *Arab.* ثوم Num. 11. 5. ¶ שׂים Posuit *(arte, cura, ordine)* app— comp— disp— imp— interp— proposuit, rep— statuit, constituit, collocavit: *pec. de membrorum corporis, f. animæ positione ad singularem observationem, vel in periculum, vel in mortem, dicitur.* Effecit ut res sit, Ezech. 19. 5. *cca,* & *cum* ב ל אל על Gen. 21. 14. c. 45. 9. *Par.* Psal. 50. 23. & 104. 3. *Inf.* Neh. 8. 8. *Fut.* Exod. 4. 11. *Hiph. id.* Job 4. 20. ה *ferè deficit,* Gen. 24. 2. c. 44. 1. *Fut.* c. 24. 47. *Aff. c.* 21. 18. Genuit, peperit, Esr. 10. 44. *Hoph. Pass. prac.* Gen. 24. 33. c. 50. 26. יושם *pro* יושם

תְּשׂוּמֶת f. Positio (societas) *Cn.* תשומת Lev. 6. 2. *al.* commercium.

CHAL. תום שום Allium, בעל בכי *dicitur. Causa fletus, Maas. c.* 5. 8. *Ejus virtutes v. Kama* 82. 1. שומניה Allium sylvestre *hortensi minus, Kil. c.* 1. 2, שום Aliquid *cum negatione,* nihil, necquicquam, Esth. 6. 3. משום ש Propter משום propterea quod על שום מה Quam ob rem? משום הכי *id.* שום אדם Aliquis homo, *some man.* 3, Nomen, *non assumit* א *nec Affixa, nisi unum, vel alterum, nec Pl. numerum,* שׁם *id.* Gen. 2. 11, 13. c. 3. 20. c. 4. 17. Dan. 4. 5. *Aff.* Gen. 5. 2. Deut. 9. 14. ¶ שום *i. q. Hebr.* Job 8. 29. Prov. 24. 32. c. 22. 17. 2, Summavit, in summam conjecit, summam *alicui* imposuit dandam, æstimavit. *Maccos* 3. 1. *Kama* 49. 1. *Pah. id. Taan.* 22. 1. *Ithpe. Pass.* 1, Esth. 4. 3. Hag. 2. 15. *Niph.* נישום Æstimatus. תשומה שומה Positio, impositio. שום שומא השמה *id. Mezia c.* 1. 8. *Literæ positionis, h. e. literæ judiciales, quas Judex dat creditori, iisque ponit bona debitoris in manum creditoris, securitatis gratiâ.* שמתא שמא *id. Kama* 112. 2. משימנא Dæmon, damnificus. שומא Signum apparens, & vitiosum, macula, Num. 19. 2. *Jon.* 2, Angulus, extremitas, latus, Lev. 19. 27. *Jon.* 3, Verruca, *Mezia* 27. 2. *Glos.* 4. Summa, supputatio, æstimatio, *Kama* 30. 2. *i. q.* שווי 5, Tumor, cicatrix, *Arab.* קרוח Livor, vibex, ulcus. שומא סומא *id.* Lev. 13. 2. *Jon. TH. v.* 10, 28, 43.

SYR. ܣܳܡ 2 ܫܽܘܡܳܐ ܫܽܘܡܳܐ 3 ܫܘܼܡܳܐ ܡܫܘܼܡܳܐ 4 ܫܘܼܡܳܢܳܐ ; *prim.* Dolorem, vulnus inflixit, *BB.* *sec. i. q.* 5. *Chal.* שומא *ib.* Isai. 1. 6. c. 53. 5. *Hinc* בר שומא *Bagiēsus*, Act. 13. 6, 8. *Filius doloris, cicatricis, sic verè D. nr. Jesus fuit: & Elymas, ab Arab.* אלם *Doluit, non* עלם *per* *enim vertunt Syr.* 2, *Ar. Æth. nec abludit Arab* יאס *præ Dolore desperavit; geminatâ ult.* יאסוס *ut habet Arab. Erp. vel à* ישע, *ut Arab. noster & Æth. quasi morbidorum Liberator: hoc placet, quia Judæus erat,* & בר *non Arab. sed Chaldaica vox est.* *tert.* Nocens, *Sev. l Rit.* 152. *quart.* Damnum, nocumentum; Dolor, mœror.

SAM. ࠔࠅࠌ Æstimavit, Lev. 27. 8. ࠁࠌ ࠃࠍࠃ ࠔࠏࠁࠃ ࠔࠅࠌࠄ ... *Maxima est potentia (Dei) cujus minimum opus absconditum (est) ab eo qui (summopere) illud æstimat. Lit. Dam. Ethp. Miraculorum ejus nullum* ... *(est)* ritè æstimatum. ... Æstimatio, Lev. 27. 2, 23. c. 5. 15, 18. Num. 18. 16. ... Tumor, *ut Chal. ibid.* ... Cœlum, Gen. 1. 8. *Pl.* ... Gen.

14. 19, 22. *Cn.* Deut 10. 14. ... *A.* Positio manûs, negotiatio, *i. q.* משא ומתן Lev. 6. 2.

ÆTH. ሰዐመ: *Contractè* ሰመ: Exod. 28, 20. c. 39. 13, 10. c. 35. 8. *i. q. Hebr.* שהם *Vocabularium Æthiopicum malè expon.* ... : *Chalcedonius, Ambar.* ... : *colore ruber est, instar sanguinis. I L.* Beryllus ... : Nomen. *IL.*

A R. سام 2 سوم 3 سامة Pl. سام 4 سوم 5 مسومة ; *prim.* Niger, & Infaustus, fuit. *v. Hebr.* אכם *Arab.* שאם & שום *sec. Act.* II. & *post. Sing. & Pl.* Niger. Infaustus. *tert.* Nævus niger, *vel* albus, Lev. 13. 2, 10, 19. Nigra camela, *G.* Lædens, *Pl.* Venenosus, *Av.* II. 139. 24. *quart.* Improbitas, nequitia, nefas. *quint. id.* Facinus impium, *Nassar. apud Bd.*

שון A R. 4 سون 3 سونة 2 سان

6 سدون Pl. سون 5 بسون الرووس

سوان ; *prim. Fut. O,* Diffidit *capita,* dilatans commissuras, *cca.* *sec.* Mulier stolida, fatua. Navis armata, *f.* piratica ad excursiones facta (biremis, triremis) Granarium, horreum frumentarium *Ægyptiis.* *tert.* Levitas mentis. *G.* Vecordia. *quart.* Islatâ est commissurâ capitis, præcipuè ossium capitis. *quint.* Commissura. *sext. vide G. Nub.* 36. 22.

שוס CHAL. שויסקי Assatura, caro assata, *Pesach.* 96. 1. שויסקל Assata comedens, assivorus, *Kiddush.* 70. 1. *Vox Iberica* ... *Schempsuali.*

A R. 4 -و- 3 سوس 2 سلس سوس

تساوس Pl. أسوس 5 مساوس 6 سوس

prim. Fut. A, Limis obtuitus fuit præ superbia, *vel* ira. 3, Arctavit oculos, palpebras contrahens perspiciendi ergò. VI. *i. q.* I. *sec. Act. G.* Cùm quis superbit. *tert. pro* שוץ Defricatio dentium. *quart.* Qui intuetur, uti I. dictum. 2, *i. q.* שנאע Strenuus, *G.* Superbus. *quint.* Modica aqua quam vix aspicias. *Puteus* valde profundus, & modicâ aquâ. *sext. i. q. sec.*

שוע שוע Vociferatus est, *Imp.* שַׁוַּע Is. 29 9. Stupere, *LXX. Ch.* 4, *Syr.* 2, *Ar.* Excæcaverunt, *R. Joseph, R. Sa.* & *c. Arab. Animus anxius, & distractus, Pih.* שִׁוַּע *i. q.* 1, *prac. sæpe cc* אל Psal. 88. 14. *Par. Pl.* 72. 12. *Inf.* Psal. 28. 2. *Fut.* & 18. 7. Isai. 58. 9. *c Pathach tantum. Hiph.* השיע Linivit, obl- *al.* Clausit, obstruxit; repressit, restrinxit. *Imp.* Isai. 6. 10. Psal. 39. 14. השע *quod potius à* שעה *ut* דרך *à* רפה

שֶׁוַע m. Clamor, Psal. 5. 3. שוע *id.* Job 36. 24. Nobilitas, dignitas, opes, c. 36. 19. *al.* Salus, *quasi à* ישע

שׁוֹעַ m. *i. q.* 1, *prac.* Isai. 22. 5. Liberalis, nobilis, dives, c. 32. 5. *quia omnes* שוען *respiciunt in talem,* Job 34. 19.

שַׁוְעָה f. Clamor. *Cn.* 1 Sam. 5. 12. *Aff.* Psal. 18. 7. & 39. 13. ישע *v.* תשועה

CHAL. שוע Linivit, obl— calce obduxit, Ezech. 13. 12. Lev. 14. 42. *Ithpe. Pass. v.* 43. 48. שיעא שיע Cœmentum, tectorium, lutum, calx, Num. 19. 15. *al.* Linimentum, Gen. 11. 3. Compes, nervus, Job. 13. 27. c. 33. 11. שיעתא Semen apii, petroselini, עץ c. 38. 2. *Gl.* שועא שיעתא Rupes, petra. Prov. 30. 19. שועא Liberalis, *ut Hebr. ib.* שיע שוע Læve, molle, *Kil. c.* 9. 8. *Aruc* Netum, textum. שועי *v.* שוערה

SAM. ࠔࠅࠏ *i. q. Chal.* שועא Gen. 11. 2.

SYR. ܫܳܥ 2 ܫܘܺܥ 3 ܫܽܘܥܳܐ 4 ܫܘܼܥܳܐ 5 ܡܫܘܥܳܐ 6 ܫܘܥܳܝܳܐ 7 ܫܘܼܥܳܝܳܐ 8 ܡܫܘܼܥܳܐ ; *prim. i. q. Chal.* Gen 6. 14. Isai. 6. 10. Occlusit, obtexit, *Ethpe. Pass.* c. 32: 3. *sec.* Picatus, illitus, c. 44. 18. Num. 19. 15. Temerarius. *tert.* Occlusio *oculorum.* *quart.* Inductio

(c) Comunidad Autónoma de La Rioja

Inductio picis, f. luti, litus, subst. quint. Temeritas. sext. Temerè. sept. Petra, lapis, Psal.27.5. Prov.30.19. 26. Matt. 7. 24. oct. Petreus, saxosus.

ÆTH. ሰም: Matt.12.10. Cereus, à Syr. שעוה Non est enim Æthiopibus Sevum, sed ejus loco, o buñigas de bueyes, o cera (stercus vaccinum, vel Cera) & hujusce est magna copia. v. Alvarez Hist. d. Eth. c 137.

AR. سوع (-و-) 2 سوع 3-و-4 سوع
5 اسوع 6 مسواع 7 سوعآء 8 سواع 9 سوع ;

prim. Dispersâ (expansâ) durâque comâ fuit equus. X. id. sec. Act. tert. Post alium immediatè natus. ccg. quart. Coll. Glandis unguentariæ (Ben) arbor, G. etiam fructus. quint. Horridiore comâ (veluti spinis) præditus. sext. quasi à שיע i.q. תנור Fornax. sept. f. quint. Talis fœmina. oct. Albedo alterius maxillæ equi. non. Pers. רוא ראשת Fas, licitum habuit.

שות שוף Comminuit, contrivit, conculcavit, Fut. Gen.3. 15. LXX. πτέρσει ex usu Arab. Job 9.17. Psal.139.11. ישופני Conquassabunt me tenebræ; annuunt LXX. Æth. VL. v. Coch in loc.

CHAL. שוף i.q. Hebr. Psal.94.5. Limavit, scalpsit, rasit, fricuit. Unxit, linivit se. 2 Sam.12.20. Deut.28. 20. Mic. 6. 15. שִׁיפָא Limatio, Schab. 52. 2. Arca, σπύη, Sota 7. Maccos.11.CL. it. Membrum, i. q. אבר Zohar f. פנחס. שִׁיפָּא מְשִׁיפָה שִׁיפְּה Unctio, unctura, Chol. 111. 2. שופי Pinguedo, id.92.2. שופין Ciceres læves, f. pisa, Kil. c. 3. 2. משוף Acutus, Ketuv. 5. 2. Quare sunt Digiti משופות acuti, clavorum instar? Ut siquid inhonesti vir audiat, digitos infigat in aures. Affine Æth. ሰየፈ:

SYR. [Syriac forms 1–13, with variants (a)]; prim. Reptavit, Par. Lev. 11.42. Pah. שַׁיֵף Inunxit, linivit, fricuit; Limavit. Ethpe. Pass. Exod.30.32. sec. Frictio, scarificatio. Pl. (a) Scarificationes ex calceorum attritu. tert. Lardum. quart. Pulchritudo, ut שופרא vel pro eo. quint. Lima. sext. Fistula nasi, nasi orbiculus. sept. Inunctus, litus, adject. frictus, adject. limatus. oct. Inunctio; Collyrium, Apoc. 3.18. Nov.144. non. Saxum, rupes. (a) Granum hieræ. dec. Lætitia, delectatio, שופא ובקרירא Lubentia in rebus refrigerantibus. und. anni Sterilitatis. duod. i.q. Arab. ברד חבו & i.q. dec. tert. Inunctio frictio; Limatio.

SAM. [Samaritan] & [Samaritan] H. Sa. [Samaritan] Ar. Sam. noster, Erp. Saad. & Constantin. סאף Æsalon, sic R. Jehuda cum aliis plurimis expon. Hebr. שחף Lev.11.16. Deut.14. 15. Æsalo mihi convenire videtur, cum Arab. צקר; cujus tres species recensit Cl. Boch. d. An. Sacr. II. 193. יוויו Pl. יאוי i. q. Hebr. איה Smerillus 2, צקר Sacer propriè dictus, i.q. Hebr נץ Boch. ib. 268. Pol. Socol; al. Palumbarius, al. Muscettus. 3, כרנג f. כונג Nisus, fringillarius. i.q. Hebr. שחף Accedunt Persa & 2, Chal. צפר שחפא enim mihi plane videtur. Gal. Espervier, nam Vier, f. Virer est, i.q. Chal. שחף & Esper, quod צפר q. d. qui venando circundat passeres, vel potius à צפר & סאף quod Sam. est Venari, prædari, The Sparrow hawke; Hoc eo magis placet, quia in utroque loco de accipitrum, rapaciumve avium generibus hactenus tantum agitur. [Samaritan] Os, ossis, Hung. & Anam. Shuont, Shuong, Gen.2.23. altern. P & N.

ÆTH. ሱፍ: cum ባሕር: Mare rubrum. v. סוף

AR. ساف 2 سوف 3 سافة 4 سافة 5
مسوف 6 سيفه سيفان 7 سياف Pl.
اسياف ; prim. Fut. O, & II. Polivit, nitentem, fulgentem reddidit. cca. Inunxit pice camelum, cca. Vidit. Pass. Comptus fuit, & ornatus. IV. i. q. אשרף f. pro eo, vel per Metath. אשפי Imminuit rei (superior fuit) cc עלי Timuit ab eo, cc מן G. Magnum fuit fulgur, vulnus. V. Semet compsit, compta fuit puella. Ex alto prospexit, uti de tecto in rem cc אלי Extulit caput, & oculos defixit. G. Rupes conscenderunt damæ montium. Observavit, Mar. 3. 2. VI. Dispexit. Timuit. VIII. Elato, prolato capite spectavit. 2, Trans. i.q. H. שאם Spectavit observando fulmen, ut cognosceret ubi plueret, cca. G. חשתאף להם Illi à longinquo videntur. sec. Act. 2, Rastrum, quo æquatur aratro versa terra, G. Cùm camelus Alkitran obducitur. Abstersio. tert. Act. quart. Inconveniens, Av. I. 330.23. Suppositorium? BB. quint. Nitens, fulgens numus. Comptus, inunctus pice camelus. G. Exornatus variis coloribus. & i.q. מסוף sext. Specula, locus à quo hostes observantur. Anterius agmen exercitûs, quod eminus prospicias. sept. Alveus fontis. Medicinia abstergens, subtilissimè trita, G. Collyrium, BB. Ordo, Av. I. 559. 13. Pl. Suppositaria, Av. I. 499.20.

שוץ שִׁיֵּיץ Punxit, Bres. r. f. 78. שִׁיצָא Pinna piscis. Basra 73.2. Piscis cujusdam tanta fuit magnitudo, ut navis ivit per triduum inter pinnam ejus unam, & alteram.

AR. ساص 2 سوص 3 سوصة 4
سوصاء 5 شواص (ش) 6 سياص 7
اسوص 8 اساصة 9 دسويص ; prim.

Fut: A, & O, Mundavit. Lavit. Defricuit. Rectam fecit, tenuitque rem. cca. Doluit dens. Subsilivit in utero fœtus. II. & IV. Fricuit dentes. cca. sec. Act. G. Cùm rem erigis manibus, & à sua sede removes. Cùm scalpis dentes ab ima parte ad superiorem. Molarium dolor. Uteri tormen. tert. i.q. ult. præc. Pleurites, Av. I. 144. 7. II. 117. 17. Flatus costis adhærentes, in illisque tormina excitantes. Ulcus in diaphragmate costarum ad partem intrinsecam. Cùm vena pulsat, ac motitatur. quart. Oculus ad superiorem partem adspiciens. quint. Pravitas indolis. sext. id. sept. Oculis nictans, G. oct. Cùm dentes scàlpuntur ab ima ad supremam oris partem. Confricatio manibus adhibitis. non. id.

שוק שׁוֹקֵק Pih. Concupiscere fecit, R. Da. A. Esr. Psal. 65. 10. Chal. LXX. Æth. 3, Arab. VL. R. Sa. Abrav. Irrigavit, שקה Syr. Ar. Maurit. Pacavit, Hiph. Excurrit, exundavit, red— enatare fecit, Joel 3.18. c.2.24.

שוק f. Armus, crus, Exod.29.22,27. 1 Sam.9. 24. Jud.15.8. שוק על ירך Luctatoribus est artificium quoddam in Cruribus eorum vibrandis super antagonistarum femora, v [Syriac] & Mercer. Gen.32.25. Du. שׁוֹקַיִם Prov. 26.7. Deut. 28. 35. Cn. Psal.147.10. Aff. Cant.5.15.

שוק m. Platea, vicus, forum, Prov. 7. 8. Pl. שְׁוָקִים Cant.3.2. Sic in שור Schour.

שׁוֹקֵקָה f. Appetens, Isai.29.8.

תְּשׁוּקָה f. Concupiscentia, desiderium, Gen. 3.16. al. Conversio, obedientia, c. 4.7. v. Full. Misc. 111. 15.

